

1771
The first part of the manuscript is written in a cursive hand, and contains a list of names and dates, which appear to be entries from a diary or a ledger. The text is written in a language that is difficult to decipher, but it seems to be a form of shorthand or a very fast cursive.

The second part of the manuscript is also written in a cursive hand, and contains a list of names and dates, which appear to be entries from a diary or a ledger. The text is written in a language that is difficult to decipher, but it seems to be a form of shorthand or a very fast cursive.



The third part of the manuscript is also written in a cursive hand, and contains a list of names and dates, which appear to be entries from a diary or a ledger. The text is written in a language that is difficult to decipher, but it seems to be a form of shorthand or a very fast cursive.

Montenegro

Refelluntur ea quae ex Patribus afferuntur a Caietano
opusculo de conceptione.

Caietanus opusculo de conceptione cap. 4. profert Sanctos quindecim, quorum tam perspicua testimonia esse dicit, ut interpretationem non praeferantur, sed uir aequè pius ac doctus ab impostore aliquo sine dubio deceptus est; nam in testimonijs, quae citat, saepe uerba sunt addita; nonnunquam alijs grauioribus tribuuntur, et sanctis, cum sanctorum non sint; nonnunquam etiam ignoti auctores citantur, aut notis tribuuntur ea, quae in eorundem scriptis non inueniuntur non solum formaliter, sed nec aequiualeter; et quod magis misere in tanta fingendi licentia non plura inueniri potuerunt scriptorum nomina, qui ante millesimum christi annum floruisent quam Septem, quibus ea tribueretur opinio.

Primum ex Augustino locum citat in psal. 34. his uerbis. Adam est mortuus propter peccatum; Maria ex Adam mortua est propter peccatum, caro autem Domini ex Maria mortua est propter delenda peccata. Locus hic qui sumitur ex concione 2^a in eum psalmum, etiamsi ita legeretur nil probaret contra nos; nam potuit mori propter peccatum parentis, licet illud nunquam in se habuisset inherens; sicut paruulus qui natus fuit Dauid ex Bersabe mortuus fuit propter peccatum non tamen suum sed Patris 2. reg. 12. Deinde non consentiunt omnes codices; nam editio Lugdunensis apud haeredes Jacobi Junta anni 1561. ita legunt. Maria ex Adam mortua est propter peccatum Adae, qua lectione praeciditur ambiguitatis occasio.

Citat ex eodem Augustino locum alterum in lib. 2. de peccator. meritis qui est de baptismo paruulorum cap. 24. Solus ille homo factus manens Deus peccatum nullum unquam habuit, nec sumpsit carnem peccati; quamuis de materna carne peccati. Qui locus etiamsi ita legatur nil probat. Nam quod dicit solum Christum nullum unquam habuisse peccatum, intelligitur per se, et ex ui. suae generationis, ex gratia uero, et



191
privilegio Beata etiam virgo nullum unquam habuit. *Carnis*
peccati dicitur tota natura humana massa damnata, in qua

Mater Domini continebatur: sed *Codices discrepant*: nam *Lugdunensis*
impresio supra citata ita legit. Peccatum nullum habuit unquam
nec sumpsit carnem peccati, quamvis de natura carnis peccati
citatur ex eodem Augustino ex lib. x. super Genes. ad litteram quod est corpus
Christi quamvis ex carne foemine, assumptum sit, quae de
carnis peccati propagine concepta fuerat, tamen quia non sic in-
ceptum fuit, quomodo fuerat illa concepta. Ideo ipsum non fuit
peccati sed similitudo carnis peccati. Sed hic locus nil contra nos
corpus peccati apud Augustinum ibi (ut facile videri potest) nil aliud
quam corpus per concupiscentiam propagatum, cui ex natura sua
negum est peccati debitum, et tale fuit corpus B. Virginis, quae
coniunctione maris et foemine fuit generatum, non autem corpus
quod ex virgine sola gratia spiritus sancti fuit formatum.

Citatur Ambrosium super Beati immaculati, sed cum psalmi illius ex
sermonibus 22. contineatur sermonem citare debueret, ne quis
saberet suspicaretur; et Ambrosij verba ita citantur: Venit Dominus
et in carne, quae peccato in matre fuerat obnoxia, militiam virtutis
exercuit, cum tamen in omnibus *Codicibus*, et in impressione etiam
legatur sine illis verbis, in matre; nec, si locus attentè inspicatur
illa, in matre, quae ab ipso addita sunt, faciunt sensum; Nam Dominus
non loquitur de propria Christi carne, sed de carne fidelium, qui
prius ex concupiscentia ad peccatum militasset, iam per Christi gratiam
regnaret virtutis amore, et militiam contra peccatum exerceret. Quod
tunc explicat ipse Ambrosius subdens: facta sunt membra nostra
non arma libidinis, sed arma virtutis. Namque ubi erant in certamine
libidinis, ibi nunc sunt domicilia sanctitatis.

Citatur D. Chrysostomum, qui super Matth. inquit, dicit quamvis



non esset peccator naturam tamen humanam de peccatrice suscepit: Ego uellem homeliarum adscripsisset, in qua hoc dicit Chrysostomus, nam multas et largas super Matth. scripsit, uidentur tamen ea uerba alludere ad id, quod in homelia prima scribit Chrysostomus, Voluisse Christum de meretricibus nasci, ut de generatione illius dici possit, quod non solum quia suscepit carnem, et homo factus est admiratione sit dignum, sed et quia natus tales progenitores habere dignatus est, quorum simile quid alijs in locis dicere potuit.

¶ Eusebium Emisenum citat, non solum Arrianum, sed Arrianorum etiam Principem, ut notat Baronius ad annum 341. et illum uocat Sanctum, ut maiori auctore testimonium dicat in matrem, qui, quantum in se fuit, diuinitate filium spoliariuit. Caietanus sanctus Eusebii Emisenus, inquit, in sermone natiuitatis Domini, qui incipit Nostris Chastissimi ait, A peccati originalis nepu nullus immunis exiit, nec ipsa genitrix Redemptoris. Vbi multipliciter erratum est. 1. quia isti sermones qui Eusebio tribuuntur, Eusebii non sunt, ut notat Baronius loco citato. 2. quia hic sermo non reperitur in aliquibus exemplaribus inter sermones qui Eusebio tribuuntur. 3. quia locus non fideliter citatur: sic enim legitur in Bibliotheca homiliarum Lugduni impressa ex officina Junitarum anni 1588. et inter sermones Eusebii Parisii editos anni 1575. apud Michaelem Sonnium pag. 240. A peccati ueteris nepu perse non est immunis nec ipsa genitrix Redemptoris. Caietanus autem omisit illud uerbum, perse, quia cum illo hoc testimonium potius est pro nobis quam contra nos. fatemur enim quod Redemptoris genitrix non fuit perse immunis a peccati ueteris nepu, sed per Redemptoris gratiam praeseruantem.

¶ Citat Sanctum Remigium super psalm. Deus Deus meus respice in me, qui dicit, inquit, Beata Virgo Maria fuit ab omni macula peccati mundata, Itaque ea conciperetur sine peccato homo Christus Jesus: Haec uerba falso citantur, quia Sanctus Remigius nil scripsit super hunc

psalmum. Et licet Caietanus, ut solet, uelit canonizare alterum
quum Antisiodorensium qui super illum scripsit talia uerbanon
6^o Citat S. Maximus in sermone de assumptione Beatissimæ Virginis
uerba. Beata uirgo gloriosa fuit in utero matris sanctificata ab
contagione originalis culpa antequam nasceretur, et per spiritum
mundata. Sed hunc sermonem in operibus Maximi inuenire
trii, credo tamen aliquid additum uel sublatum a Caietano more

7^o Citat S. Bedam homelia super missus est, et habetur, inquit, in glo. ordi
his uerbis. Spiritus sanctus superueniens in uirginem mentem eius
uiciorum sorde castigauit, et ab omni actu concupiscentie cor eius
perauit atque mundauit. Hæc tamen uerba non habet Beda homi
festo annuntiationis, quæ est inter hiemales, licet aliqua dicat quæ
possunt similia. Ad hæc autem et illo, quæ ex Maximo supra
referuntur, respondeo, quod quando Beata uirgo dicitur a Patribus
tificata, purgata, mundata, non est, quia de facto aliquam macula
buit, aut peccatum; sed quia cætera accepit gratiam preseruantem
ficantem et purgantem ab omni peccato si aderet: Debet autem hæc
acceptari ab omnibus; quia sancti Patres non solum loqui uidentur
ganone et mundatione seu sanctificatione ab originali, sed etiam
peccatis, constat autem ex fide catholica in uirgine nullum peccatum
etiam ueniãle fuisse, quod indicat S. Gregorius Nazianzenus orat.
42. Mariam uocans præpurgatam, ubi illa dictio, præ, notat
antecedentem omnes sordes peccati.

8^o Citat S. Anselmum lib. Cur Deus homo cap. 16. in hæc uerba, licet ipsa
conceptio mundauerit. uirgo tamen ipsa undè assumpta est in in
bus concepta est, et in peccatis concepit mater eius. Hæc uerba non
Anselmi, sed Bossoris in illo cap. per modum Dialogi loquentis
addit ad uerba præcedentia alia hæc: et in originali peccato nata
qua subicit Caietanus, ne errorem hunc tribuere uideretur Anselmo
Sicut autem Bossor errauit affirmando uirginem natam fuisse in

Ita etiam asserendo in iniquitatibus fuisse conceptam. Nec obstat quod S. Anselmus ad id non respondeat in isto capite, quia alijs in locis docuit asserere Beatam Virginem fuisse sine originali peccato conceptam, ut patet in scripto Sanctorum Latrum a defensoribus immaculate concepte ^{hij} dato.

9. Citat S. Bernardum epistola ad Lugdunenses, cuius uerba fideliter citantur, multis tamen alijs in locis tenuit Bernardus nostram sententiam, ut patet in scripto citato.

10. Citat S. Erardum Epum et martyrem in sermone natiuitatis B. Virginis in hac uerba. O felix puella, que concepta in peccato purificatur ab omni peccato, et filium concepit sine peccato; attamen non solum hic sermo non adest, uerum etiam nomen sancti, nec eius martyrium, nec Episcopatus alicui cognitassunt.

11. Citat S. Anthonium de Padua ordinis minorum sermone de natiuitate B. Marię Virginis in hac uerba. Beata uirgo fuit in utero matris a peccato per gratiam sanctificata et sine peccato nata. Huius sancti opera uidere non potui, suspicor tamen aliquid esse additum, quia si quis delinquit in uno factus est omnium Deus, qui delinquit in tam multis quomodo innocens iudicabitur? nihilominus potest exponi quod fuerit Beata uirgo in utero matris a peccato sanctificata, non quod in fuit sed quod in fuisse, nisi sanctificaretur, ut dicitur est n. 7.

12. Citat S. Thom. de quo nulla est controuersia, tenuit tamen oppositum in sententijs ut patet in d. scripto.

13. Citat D. Bonauenturam, quem etiam fideliter citat, sed D. Bonauentura postea mutauit sententiam sermone 2. de uirgine qui habetur tom. 3. cuius uerba referuntur in dicto scripto.

14. Citat S. Bernardinum ordinis minorum in sermonum suorum opere 3. incipien Ignis a facie eius eparsit, in tract. de Beata uirgine serm. 4. incip. sicut sol oriens mundo, in hac uerba. Tertia fuit sanctificatio marialis, et ista remouet culpam originalem, confert gratiam et remouet promptitatem ad peccandum tam mortaliter, quam uenialiter; et hac



111
fuit in Virgine matre. Sed ex hoc loco nil contra nos: nam quod dicitur
sanctificatione remoueri culpam originalem, cum non explicet motum
mouendi; an scilicet remoueri impediendo ne contraheret, an uero
delendo contractam in neutram partem propendet, et sine dubio de
ita locutus est, quia in principio eius capitis aperte testatur est, de
scholasticis bellis circa virginalem conceptionem triplicem sanctificationem
ad presens discursurum, et ideo locutione usus est, quae potest sanctificationem
Beatae virginis significare, siue ea in primo siue in alio propositum
ti facta fuisset, noluit enim hoc loco questionem determinare, sed
autem alijs in locis nostram sententiam apertis uerbis tenuit
ut patet in dicto scripto.

XV. Citat D. Vincentium Confessorem in sermone de conceptione virginis
haec uerba. Beata virgo Maria fuit in originali peccato concepta
die et hora statim post animationem fuit per sanctificationem a peccato
mundata. Sed hic locus totaliter est falsificatus, et posita
omnia uerba necessaria ad suam probandam sententiam cum
D. Vincentius non solum alibi, sed etiam hoc loco aperte nobiscum
sentiat. Eius etenim haec sunt uerba fideliter relata pag. 19. imp
Antuerpiae apud Philippum Nucium anno 1570. De nullo san
festum conceptionis, nisi Christi et virginis Mariae; de uirgine
fit triplici ratione. 1. quia fuit impetrata digne. 2. quia fuit conser
uata. 3. quia fuit confirmata firme. Primam explicat, quia orationem
eam parentes impetrarunt. 2. autem quia cum sint sex gradus
conceptionis Beata virgo septimum aut supremum obtinuit quia non
debit nasci, nec in ultimo die, nec hebdomada, nec mense. Sed
die et hora formato corpore et anima creata, quia tunc fuit carnis
et carnis sanctificationis, fuit sanctificata. Cum autem S. Vincentius
in explicatione uocat sanctificationem, in propositione uocat conser
uationem, nisi dicatur in peccato conseruata, necesse est dicere
eam conseruationem qua permanserit sine macula, ut per sanctificationem

tionem factum sit, ut permaneret in ea negatione macule, quam acceperat in beatificatione quam vulgariter uocamus preservationem à peccato. Deinde ratio propter quam docet S. Vincentius, tunc fuisse sanctificatam aperitissime ostendit eam sine peccato conceptam fuisse. Si enim tunc fuit sanctificata cum fuit rationalis et capax gratiæ; rationalis autem et capax gratiæ fuit in primo instanti, necessario sequitur in primo instanti sanctificatam fuisse. Ecce Vincentij locus fideliter citatus nostram sententiam aperte confirmat, sicut alter locus eiusdem sermone 2^o de natiuitate citato in dicto scripto.

Relinquitur ergo quod ex quindecim sanctis scriptoribus, quos pro se citauit Caietanus, tres inueniuntur indubitatae fidei, qui eius sententiæ faueant atque ceteri omnes Christi decimo seculo posteriores, et sic maximam iniuriam faciunt Ecclesie Catholice Impugnatores conceptionis immaculate, dum plenis buccis omnes Ecclesie antiquitatem atque unanimum Latium consensum iactant contra receptum Ecclesie morem, et communem fidelium sensum, quod considerare debuisset quidam Pater Magister, qui opusculum Caietani transcribens illos etiam quindecim sanctos citat in fide parentum.

Citat etiam Caietanus opusculo cap. 5. pro sua sententia ex Concilio florentino inter dogmata fidei hæc uerba. firmiter credit, profiteretur, et docet sancta Romana Ecclesia, neminem unquam ex uiro feminaque conceptum a Diaboli dominatu fuisse liberatum, nisi per fidem mediatoris Dei et hominum Iesu Christi Domini nostri, qui sine peccato conceptus, natus, et mortuus humani generis peccata delendo solus sua morte prosternuit, et regni coelestis introitum quod primus homo peccato proprio cum omni sua successione perdidit, reseruit. que uerba dicit Caietanus pro tanto inducta sunt, ut appareat quod illo tempore quo res in questione erat, Diuersalis Ecclesia solum Christum excepit ab originali peccato, quod non erat dicendum, si Beata quoque Virgo excipienda esset. Vbi multipliciter erratum est. 1^o quia illa dictio solus, non iungitur cum illa, sine peccato conceptus, sed cum sequentibus et, solus sua morte prosternuit. 2^o quia si uera essent uerba

et Caietani sensus iam res esse definita, et opinio de conceptione im-
ta non esset probabilis, cuius oppositum ipse docet eodem opusculo
3.º quia hæc uerba totaliter sunt ficta, et in Concilio Florentino in
dogmata fidei non inveniuntur: fingere autem Eccl. definitionem
Virginis dignitatem magnum sacrilegium est. qui autem hæc habere
debuisset dicere quod ipse Caietanus dixit eodem opusculo c. 5. n. 5.
terea non est mirum si nullus sanctus, nullus Illustris Doctor
quus pro hac parte afferatur (et loquitur de conceptione immacu-
nifortè a falsarijs cum ipse sanctos et Concilia falsificata habeat
Positis autem illis Sanctorum auctoribus dixit Caietanus cap. illo 4. n. 1.
tat ergo ut sola illa stultitia pro glossa Sanctorum et antiquorum
cum admissione digna sit, scilicet si Sancti et prisci Doctores
dicerent oppositum. Hanc ego glossam ita ueram putauimus quæ
dum uerum fuit quod si Christus nunc in terris conuersaretur
doctrinam fidei suæ, ut conformaret se populis. Hæc autem proinde
indigna est uero Catholico: Christi namque doctrina uera est, certum
fidei: sententia autem de conceptione quam ipse tuetur non solum
est falsa, uerum ipsemet fatetur solum esse opinabilem, et præter
quod supposita celebratione huius festi sancti mutarent sententia
te colligit ex Diuis Thomæ, Bonauentura et Bernardo.
Ex quibus etiam falsis fundamentis dixit idem Caietanus cap. 5. n. 12.
uero sententia dicens Beatam Virginem esse præseruatam à ma-
originalis peccati, est tolerabilis et apud sic affectos uel assuetos, cum
Theologis Sanctorum parum aut nihil habentes probabilis. Hæc
uerba Caietanus non dixisset, si ipse sanctos Patres uidisset, et non
toleratione digna cum ea sententia hodie ab Ecclesia amplectatur
Minus possunt sustineri illa uerba quæ ipse habet, eodem cap. 5. n. 12.
quam num. 2. dixisset; Et Beate Brigide reuelatum dicitur Be-
Virginem præseruatam esse ab originali peccato Idem ibi: Non
reuelationes contra tot Sanctos et antiquos Doctores Angelum factum
in Angelum lucis transformatum, aut phantasiam uel effigiem
prientibus ingerere uidentur. Hæc siquidem cum uocari miraculo

quæ in hac causa afferuntur pro mulierculis. non pro sacra Synodo. Unde
nec censeo digna, de quibus verba fiunt. quæ verba sine dubio scandalosa
et piarum aurium offensiva sunt, cum revelationes sanctæ Brigidæ
semel et iterum ab Ecclesia, et a sacro tunc Basiliensi Concilio fuerint
approbate.

Eadem nota digna videntur ea, quæ ipse dicit eodem cap. 5. num. 4. Et
maiori fide digna est Sancta Catharina, quia canonizata est sicut ca-
teri Sancti, Sancta vero Brigida canonizata est tempore schismatis, quo
nullus habebatur certus et indubiatus Papa a Bonifacio in sua obedi-
entia, non debuit autem Ciceranus contra sanctam Brigidam tam
inconsiderate loqui, cum certo sciuerit eius canonizationem a Martino
quinto fuisse postea confirmatam, et ipsam ab illa prima canonizat.
a tota Ecclesia fuisse veneratam, propter quod hæc et similia, quæ in
dicto opusculo habet, cadendo quidem essent Ecclesia auctore, ne erran-
di præbeant occasionem fidelibus, et ansam hæreticis. J.



[Faint, mostly illegible handwritten text in a cursive script, likely Latin or Spanish.]



[Faint handwritten text, possibly a signature or a short note, located below the stamp.]

[Faint, illegible handwritten text, likely bleed-through from the reverse side of the page. The text is written in a cursive script and covers most of the page area.]

[Marginal notes or fragments of text on the right edge of the page, including some numbers and characters.]